

64
venit ipse cum eis nazareth. et erat subditus
illis. statim ibidem euangelista repetit et mirum
suabat omnia verba habere deferens in corde suo. Om
nia siquidem que de domino et a domino vel acta agnoue
rat. mirum ergo diligenter in corde retinebat. sol
liciteque cuncta memorie commendabat. ut cum tempore
predicande vel scribende incarnationis eius adueniret
sufficiens uniuersa pro ut essent gesta que rentibus
explicare possit. **I**tem et nos fratres mei piam
mentem domini. Ipsi quoque fixa in corde seruantes
omnia verba et facta saluatoris nostri. horum medi
tatione diurna et nocturna importunos in animam
cogitationum atque nocentium repellentium incursum
horum crebra consolatione nos et proximorum nostrorum a
fabulis supuacuis. et male dulcoratis detractionis
num colloquijs castigare. et ad diuine laudis
frequencia accedere curemus. **¶ De ipsius taciturnitate**
Ca. LXXXIX. Bern. x. s.
Osterum alioquin ubi maria loquitur. ubi pre
sumptuosa fuisse videtur. Fortis stabat
querens loqui filio. non auctoritate materna.
a sermone interrupit. a habitaculo in quo fili
us loquebatur. irrupit. in omni demum textu quatuor
euangeliorum. non nisi quater maria loquens audi
tur. Primo quidem ad angelum. sed cum allocutus
fuisse iam se et iterum. Secundo ad elizabeth. quoniam
vox salutacionis eius exultare iohannem in utero fe
cit. eaque magificacione maria. ipsa magis dominum
magificare curauit. Tercio vero ad filium cum
esset. xij. annorum. quod ipsa et patre dolentes quiescissent
eum. Quarto in nuptijs ad eundem filium et mi
nistro nuptiarum. Et hijs quidem sermo certissimus
iudei: fuit ingenite mansuetudinis. ac verecun